

Dracontii opera quae extant*De laudibus Dei* (ll. I-III [2327 exa.])*Satisfactio* (158 eleg.)*Orestis tragoeadia* (971 exa.)*Romulea* (2354 vv. [exa. + troc.])*De mensibus* (apud B. Corium [24 exa.])*De origine rosarum* (apud B. Corium [7 ele.])frg. 1 (*Florilegium Veronense* [3 exa.])

frg. 2 (apud T. Calchum [2 exa.])

non tuas qui rite laudes, mente sed qua concinam:
os licet nihil valemus, mos tamen gerendus est. 20
Ergo deprecantis, oro, cinge lauro tempora.

6) *Anth. Lat.* 376 R.² [= 371 Sh. B.], 28-36 (Florentini)

Nam Carthago suam retinet per culmina laudem,
Carthago regimen; victrix Carthago triumphat,
Carthago Asdingis genetrix, Carthago coruscat, 30
Carthago excellens Libycas Carthago per oras,
Carthago studiis, Carthago ornata magistris,
Carthago populis pollet, Carthago refulget,
Carthago in domibus, Carthago in moenibus ampla,
Carthago et dulcis, Carthago et nectare suavis, 35
Carthago florens, Thrasamundi nomine regnans!

7) *Drac. laud.* 3, 136-139

Ostendit [sc. Deus] cunctis ut nil praeponeat umquam
debeat aeterno Domino qui cuncta creavit,
cuius amore pio sunt contemnda pericla
vel quaecumque placent animis et quicquid amatur.

8) *Drac. laud.* 3, 257-261; 296-299; 311-314

historias curram Danaum gentisque Quirini, 257
qui pro laude sua vel qui pro regno alieno
mentibus infecti animosae cladis amore
ausi omnes scelerare manus de morte suorum 260
aut certe de strage sua.
(...)

Ara Philaeorum Libycas possedit harenas
limitis exusti, fratrum memoranda sepultra;
extiterunt aliis tamquam sibi mentis avarae.
Nec caespes fecundus erat, sed limes adustus.
(...)

Quid facerent fratres, si florea rura petissent, 311
si tellus fecunda foret nimis ubere glebae
aut si vipereis non esset noxia tellus
flatibus et nullas mandarent sibila mortes?

9) *Drac. laud.* 3, 512-517


Dives Dido fugax extincti coniugis ultrix
urbis Elissaeae perfectis moenibus amplae
ipsa pyram manibus propriis construxit ut aram, 515
quam pedibus furiata suis concendit et arsit.
Impulit ad flamas accurrere funera viva
aut amor Aeneae, veniens aut terror Iarbae.

10) *FGrHist.* III b, 566 (Timaeus fr. 82 Jacoby)

Θειοσσώ. ταύτην φησὶ Τίμαιος κατὰ μὲν τὴν Φοινίκων
γλώσσαν Ἐλίσσαν καλεῖσθαι. (...) κτίσασα δὲ τὴν
προειρημένην πόλιν, τοῦ τῶν Λιβύων βασιλέως
Θέλοντος αὐτὴν γῆμαι, αὐτὴ μὲν ἀντέλεγεν, ὑπὸ δὲ
τῶν πολιτῶν συναναγκαζομένη, σκηψαμένη τελετήν
τινα πρὸς ἀνάλυσιν ὅρκων ἐπιτελέσειν, πυρὰν
μεγίστην ἔγγυς τοῦ οἴκου κατασκευάσασα καὶ ἄψασα,
ἀπὸ τοῦ δώματος αὐτὴν εἰς τὴν πυρὰν ἔρριψεν.

1) *Salv. gub.* 7, 67

Una tantum universarum illic urbium principe et quasi
matre contentus sum, illa scilicet Romanis arcibus
semper aemula, armis quondam et fortitudine, post
splendore ac dignitate. Carthaginem dico et urbi
Romae maxime adversariam, et in Africano orbe quasi
Romam.

2) *Codex Neapolitanus* IV E 48, f. 11r3) *Codex Vaticanus Reg. lat.* 1267, f. 150v

Explicit Satisfactio Dracontii ad Gunthamundum
regem Guandalorum, dum esset in vinculis.

4) *Drac. laud.* 3, 653

me miserum, quanto cecidi de culmine lapsus!


5) *Drac. Rom.* 1

Orpheum vatem renarrant ut priorum litterae
cantitasse dulce carmen voce, nervo, pectine
inter ornos, propter amnes adque montes algidos,
(quem benignus grex secutus cum cruenta bestia
audiens melos stupebat concinente pollice: 5
Tunc feras reliquit ira, tunc pavor iumenta, <tunc>
lenta tigris, cervus audax, mitis ursus adfuit.
Non lupum timebat agna, non leonem caprea,
non lepus iam praeda saevo tunc molosso iugiter.
Artifex natura rerum quis negat concordiam, 10
hos chelys musea totos Orpheusque miscuit):
sancte pater, o magister, taliter canendus es,
qui fugatas Africanae reddis urbi litteras,
barbaris qui Romulidas iungis auditorio,
cuius ordines profecto semper obstupescimus,
quos capit dulcedo vestri, doctor, oris maxima.
Nostra vota te precamur ut secundes, optime,
ante cuncta non recusans illud ipse pendere

10

15

11) <i>Drac. Rom. 5</i> , 148-150	Carthago duorum annua nobilium praestabat funera templis Saturnoque seni pueros mactabat ad aras.	150	16) <i>Prosp. chron. I</i> , p. 446, 958-959 Constantio III et Maximiano III. Thermae Romae Diocletianae et Carthagine Maximianae aedificatae
12) <i>Verg. Aen. 4</i> , 645-647; 655-656	interiora domus intrumpit limina et altos conscendit furibunda rogos ensemque recludit Dardanum, non hos quae situm munus in usus. (...) «Urbem praeclaram statui, mea moenia vidi, ulta virum poenas inimico a fratre recepi...»	645 655	17) <i>Drac. Rom. 5</i> , 103-105; 108-117; 306-311 Sin moribus esset ille bonus, servare pios, servare modestos debuerat sub pace sua (...)
13) <i>Drac. Sat. 283-284</i>	Si ipse ego peccavi, quaenam est, rogo, culpa meorum, quos simul exagitat frigus inopsque fames?		Sic sapiens olim Romana potentia iussit ne pereat Carthago nocens, inimica senatus et populi Aeneadum: cotem virtutis habendam. 110 Sed ne Troiugenis per tempora pigra lacertis torporem pax longa daret, post victa rebellis et consumpta simul iacuit congesta ruinis; et tamen haec renovata micat quibus occidit armis. Haec igitur recidiva viget post busta resurgens 115 Phoenicis in morem. Virtus clementia patrum: tu testis Carthago manes invita volensque. (...)
14) <i>Drac. Rom. 6</i> , 14-15; 34; 39-44; 98-102; 112-120	arma serat Martis, quibus et pro ludere nostis et bellum, si tempus eget, perferre valetis (...) Publica magnifice per moenia vota gerantur (...) Et, quod maius erat, laesi tribuere salutem fortunamque mihi reducem pietate nouarunt. Quisquis adest sapiens scholasticus atque peritus accurrit laudare volens, cantare paratus quanto ego festinem laudes et carmina ferre pro meritis animisque virum? (...) At Venus attingens urbem petit antra mariti Neptunique domos intravit Maximianas: illuc turba fremit matrum iuvenumque pudica et matronali sponsas cinxere corona, pompa catervarum felix votiva canebat (...) imperat ille libens imbutas melle sagittas misit et ambarum sensus transfixit harundo, corda ferit iuvenum veniens et pectora fratrum, quorum vota sonant. (...) Pergitur ad thalamos, convivia laeta celebrant, agmina saltantum miscentur lusibus aptis	15 34 40 100 115 119	Si ratio te nulla movet, si mente cruenta humana pietate cares, imitare leones quos feritas generosa iuvat: super arma tenentes inguere fremitusque dare procul ore cruento nobilis ira solet, subiectis parcere gaudent 310 et praedam rabies contempsit fulva iacentem.
15) <i>Drac. Sat. 21-26</i>	ut qui facta ducum possem narrare meorum, nominis Asdingui bella triumphigera, unde mihi merces posset cum laude salutis munere regnantis magna venire simul, praemia despicerem tacitis tot regibus almis, ut peterem subito certa pericla miser	25	18) <i>Plutarch. Cato 27, 1</i> δοκεῖ δέ μοι καὶ Καρχηδόνα μὴ εἶναι.
16) <i>Prosp. chron. I</i> , p. 446, 958-959			19) <i>Oros. adv. pag. 4</i> , 23, 9-10; 5, 1, 5 [9] At vero, cum alii Romanorum propter perpetuam Romae securitatem delendam esse decernerent, alii vero propter perpetuam Romanae virtutis curam, quam sibi semper ex suspicione aemulae urbis in penderent, ne vigor Romanus bellis semper exercitus in languidam segnitiem securitate atque otio solveretur, incolumem Carthaginem statui suo permittendam esse censerent: causam non ex iniuria lacescentum Carthaginiensium sed ex inconstantia torpescientium Romanorum ortam invenio. [10] Quod cum ita sit, cur Christianis temporibus imputant hebetationem ac robinem suam, qua foris crassi, intus exesi sunt? Qui porro ante sescentos fere annos, sicut sui prudentes timentesque praedixerant, cotem illam magnam splendoris et acuminis sui Carthaginem perdiderunt. (...) Cui [sc. Carthagini] etiam nunc, situ parvae, moenibus destitutae, pars miseriarum est audire quid fuerit.
17) <i>Drac. Rom. 5</i> , 103-105; 108-117; 306-311			20) <i>Drac. laud. 3</i> , 456-458 Nec iuga Romani fuerant metuenda senatus: parcere victor amat, sed debellare rebelles urget et hortatur; veniam donare suevit.




(A.H. Merrills-R. Miles, *The Vandals*, Oxford 2010, p. 57)

Possibile cronologia draconziana
 (D. Romano, *Studi draconziani*, Palermo 1959, p. 16)

450-460: nascita
 470-475: studi
 475-484: attività forense
 484: *post quem* dell'incarceramento
 484-490: composizione della *Satisfactio*
 490-496: composizione del *De laudibus Dei*
 496: *post quem* della liberazione

Sat. 93-94

Culpa mihi fuerat dominos reticere modestos
 ignotumque mihi scribere vel dominum



CIL VIII 25817



CIL VIII 25812



(DACL II/2, 1910, s.v. *Carthage*, fig. 2113)